GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart

inches

| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 (A) | 12 | 13 | 14 | 15 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| L* | 39.12 | 65.43 | 49.87 | 44.26 | 55.56 | 70.82 | 63.51 | 39.92 | 52.24 | 97.06 | 92.02 | 87.34 | 82.14 | 72.06 | 62.15 |
| a* | 13.24 | 18.11 | -4.34 | -13.80 | 9.82 | -33.43 | 34.26 | 11.81 | 48.55 | -0.40 | -0.60 | -0.75 | -1.06 | -1.19 | -1.07 |
| b* | 15.07 | 18.72 | -22.29 | 22.85 | -24.49 | -0.35 | 59.60 | -46.07 | 18.51 | 1.13 | 0.23 | 0.21 | 0.43 | 0.28 | 0.19 |

D50 Illuminant, 2 degree observer

Density → 0.04 0.09 0.15 0.22 0.36 0.51

Golden Thread

| | 16 (M) | 17 | 18 (B) | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 | 29 | 30 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| L* | 49.25 | 38.62 | 28.86 | 16.19 | 8.29 | 3.44 | 31.41 | 72.46 | 72.95 | 29.37 | 54.91 | 43.96 | 82.74 | 52.79 | 50.87 |
| a* | -0.16 | -0.18 | 0.54 | -0.05 | -0.81 | -0.23 | 20.98 | -24.45 | 16.83 | 13.06 | -38.91 | 52.00 | 3.45 | 50.88 | -27.17 |
| b* | 0.01 | -0.04 | 0.60 | 0.73 | 0.19 | 0.49 | -19.43 | 55.93 | 68.80 | -49.49 | 30.77 | 30.01 | 81.29 | -12.72 | -29.46 |

0.75 0.98 1.24 1.67 2.04 2.42

Colors by Munsell Color Services Lab

centimeters

MOLITOR. DE LANIIS ET PHITONICIS MULIERIBUS. — CONSTANCE 1489.

170

P2931
A2957

Hain 11536

R134

THE GIFT OF
LESSING J. ROSENWALD
TO THE LIBRARY OF CONGRESS

von
Aug. 180

De lamijs et phito
nicis mulieribus

Teutonice vnholden vel hexen

# ¶Tractatus ad illustrissimum principem dñm Sigismundū. archiducem austrie. Stirie carinthie ꝛc. de laniis et phitonicis mulieribus per Ulricum molitoris de constantia. studij papiensis. decretorum doctorem et curie constantien. causarū patronū. ad honorem eiusdem principis ac sub sue celsitudinis emendatione scriptus

Epistola

## Excellētissime pnceps

et dñe. dñe archidux colendissime. hūilis vlric⁹ molitoris de constātia doctor. tue celsitudinis se se in obsequiū offert. Cū itaqz superioribus annis pestis quarūdam laniarū et incantatricū. terras tue excellentie. inuasisse diceret Itaqz cum nonnulle tuo sub imperio mulieres d̄ huiusmodi heresi suspecte capte forent. apudqz torturam interrogate. varia responderent vnd̄ tuis consulibus. varia. ea de re inter se opinantibus vno quippe in illam. altero nempe in aliam partem declinante tandē apud tuam clemētiam mei memoria incidit. Itaqz pro insita tua auiditate: veritatem cognoscendi. per tue dignationis cōsules demandatū suscepi. vt quid ego in ea re sentirem. id tua excellentie. stili officō designare non omitterem. Verum quāuis istuc laboriosuz et periculosum sit. laboriosum quidem mihi in alijs occupato. et v.ctum querere curanti. Periculosum autem propter inuidos et detractores: qui cuncta que nequeūt imitari nō tñ cessant calumniari: et que ipi sua inertia experiri non poterunt: venenoso dente veluti seteger hircus. lacerare nō omittunt. Quāuis insuper ista materia preclaros etiā doctores in dubiū ad uocauerit Attn̄ dignum existimaui quia p tua excellentia corpusculi mei mēbra tuis obsequijs obtines. de uincta eius etiā si que sunt animi vires possideas vt dum exteriores hemis ptes sese ad tua deuouent obsequia. debilis quoqz et rudis intellectus meus ad tue celsitudinis gliam

non dormitet Opus itaqꝫ presens sub tua tuorumqꝫ sapiẽ/
tissimorum consulum correctione: presertim clarissimi. vi/
ri cunradi sturtzel vtriusqꝫ iuris doctoris ac tue precellẽtie
maximi secretarij. cuius quippe correctioni hunc tractatuꝫ
specialius submisi. Quoniã eundem priscis tempibus in/
preceptorem et magistri locum habui Eloquentie etiam ele
menta iurisqꝫ sententias adhuc iuuenis suxi. hodieqꝫ suge/
re desiderem. vt sic agressus sum. Stem̃ cum apud priscos
oratores dyalogus plerumqꝫ aliquid iocundioris delecta/
tionis afferri extimatum est. idcirco presenti in tractatu per
viam dyalogi ĩmo trilogi procedere decreui: Verum quia
multa ea de re disputatione digna cum prouido et prestan/
ti viro Cunrado schatz huius inclite ciuitatis mee constan/
tieñ. plurium annoꝝ pretore. et magistratum gerente viro
vtiqꝫ spectato ⁊ facũdia florẽte recẽsui. q̃ tanq̃ꝫ pretor hmõi
ml'ieꝝ ꝯfessiones didicit Itaqꝫ ip̃m p̃ntem dyalogũ seu try
logũ sub tuo excellẽtissimo ip̃iusqꝫ cunradi et meo nomib⁹
expedire arbitrat⁹ sum. idcirco sub benignitatis venia. ad
materiã accedẽs Quasdã q̃stiones ꝑ claui hui⁹ materie di/
scuciendas premisi

Capitula presentis tractatus

¶ Primo vtrũ ex facto laniaꝝ ⁊ incãtatricũ ac cõopatõe de/
monũ possint ꝓuocari grãdies ⁊ pruine ac pluuie ĩ lesiõeꝫ t're
¶ Scdo vtꝝ lanie ⁊ incãtatrices possint adiutorio dyaboli
hominibus et infantibus nocere ac morbos eisdem inferre
eosdemqꝫ debilitare
¶ Tercio vtrũ possint hoĩem etiam cõiugali instatu consti/
tutũ ad coeundũ inficere et impotentem reddere
¶ Quarto vtrum possint hoĩm ymagines et facies eorũ in
alias formas immutare
¶ Quĩto vtꝝ incãtatrices ⁊ lanie possint sup baculũ vnctũ
vl' sup lupũ seu aliud anĩal eq̃tare ⁊ ad sui ꝯuiuij ludum de
loco ad locum traduci vbi bibant et cõmedant ac mutuo se
cognoscant atqꝫ delectentur

¶ Sex to vtrum cum talibus ⁊ maleficis mulieribus possit dyabolus incubando in forma hominis cōmisceri
¶ Septimo vtrū ex tali coitu sit possibile generari filios
¶ Octauo vtrum incantatrices et phitonice mulieres adiutorio de monū possint secreta scire et consilia principum reuelare. ac futuros euentus predicere
¶ Nono vtrū iusto iudicio possint tales malefice ⁊ scelerate mulieres comburi vel alijs supplicijs affici

Exorditur itaqz clementissimus
archidux Sigismundus austrie

☞ Sigmundus Fidelis nobisqz dilecte doctor Ulrice qm̄ singulari fauore ob tua in nos merita te prosequimur id circo presenti de materia tecum preceteris disputare decreuimus ☞ Ulricus Illustrissime princeps q̄ quis gratum sit vt pro tua in me clementia. me dignum inter disputandum fore iudicaueris attamen. ecce. adest. Cunradus schatz. pretor mee ciuitatis. vir vtiqz ingenio prestans conuersationeqz argutus consodalis meus. placeat igitur eius industriam hac de re prius experiri ☞ Sigmundus placet nam et eundem consilio maturū: conuersationeqz facetum noui Idcirco quia nobis sermo de laniarū et incantatricum maleficijs habendus erit Itaqz querendum primo duxi. Utrum ex facto laniarum possint prouocari tonitrua pluuie et grandines ☞ Cunradus Quāuis in huiusmodi difficultate que etiam doctissimos viros p discussiōe terreri solet. me inscium putem. iuxta verbum socratis. qui solitus fuit dicere. se hoc solū scire. qd̄ nesciret attamen. ne videar clementis principis monitis nō ad quiescere loquar pauca vt initiū dem mouendi maiora ☞ Sigmundus Dic igit ☞ Cunradus Apud phm̄ tritum est sermone prouerbium. vt fama quā omēs famant. non omnino perdatur. fama autem cōmunis est. q ipe strige tonitrus ⁊ grādines effecerint magnaqz damna segetibus ⁊ hominibus in-

tulerint. Ex confessione quoqz earū in tortura facta. se talia fecisse et modū faciendi tradidisse compertū est ☞ Sigmundus At ego nude fame non intendo. facile enim. dictum. sequitur vulgus. nec confessione torturali satiabor. cū metu tormentorū quis inducitur quādoqz ad ꝯfitendū id quod in rerum natura non est. Verum ea que oculis non cōspeximus. auctoritate. tum vel concludenti ratione percipere desideramus. nam recta disputatio. auctoritate et ratiōe concluditur ☞ Ulricus profecto experientia in decidēdis causis contemptibilis non est. cum experientia dicatur esse rerum mgr̄a. vt d̄r in c. vbi ꝑicl'm d̄elec. li. vi. vñ tritū est apud ppl'ares ꝓuerbiū exp̄to crede ruberto ☞ Sigmūdus Ad ostendēdum igitur ꝙ lanie maleficeqz mulieres nihil sciant. me istuc mouet: videlicet. Nam si talia iste maledicte mulieres scirent. et efficere possent. non esset opus prīcipibus. temporibus belli clientulos. militesqz conducere. q̄ in terras hostium irruerent. agrosqz deuastarent Incendijs domos ⁊ villas concremarent Verum satis esset. talem mulierem phitonicam aduocare. eidemqz saluum conductum addicere. et hortari quatenus super hostium terras tl'is maledicta mulier grandines fulmina et tempestates ꝓuocaret. ac vt sic hostiū terrā ꝑiclitare moliretur. Etem̄ quia videmus. ꝙ ipse talia facere non possunt. etiam si vellent. ad faciendumqz etiam si a principibus. ꝙ tamen absit. inducerētur. vnde inferendum censeo. ipsas talia facere nō posse Preterea ex fide habemus solū deū stellarū et elementorū eē gubernatorez. qui legem pati sidera iubet. et qui iuxta Boetiū in libro de cōsolatōe. perpetua mundum ratione gubernat. stabilisqz manens dans cuncta moueri. quomodo igit̄ mulieres lanie adiutorio demonum illū summū motorē. q̄ certa ratione cuncta gubernat. in huiusmodi suo motu impedire et in alium motum dirigere possent ☞ Cunradus Ponderanda quidem est magni principis ratio Sed nō minus ponderandum ē. illud. qd̄ Exo. capi. vij. dicit̄ Nā quāuis Moyses ante faciē pharaonis regis egipti multa signa

et p̃digia fecisset. nihilominus malefici talia similiter effe/
cerunt. qui incantationibus suis aquas in sanguinem verte
runt. ee ranas super terrā p̃duxerūt Ecce igitur ex sacra scri
ptura veteris testamenti clarere. q̃ malefici adiutorio de/
monum aquas turbarunt. quia eas in sanguinem verterunt
et agros prediaqz ranis confuderūt Item libro p̃mo Job.
capi. p̃. legit. q̃ dyabolo p̃curāte. ventus vehemens irruit a
regione deserti. et cōcussit quattuor angulos domus. q̃ cor/
ruens oppressit liberos Job et mortui sunt. ecce q̃ dyabol⁹
ptāte sua aerem p̃uocauit. puerosqz oppressit. dicit etiā eodez
libro dyabolū fulmina ignis p̃rouocasse: Dicit enim textus
Ignis dei cecidit de celo. et tactas oues puerosqz consump
sit. Item Joh. in apoca. ca. vij. ait. Post hec vidi angelos stā
tes super q̃ttuor angulos terre. tenentes quattuor ventos
terre. ne flarēt sup terrā. neqz mare. neqz in vllā arborē: ⁊ vi
di alterum angelū ascendentē ab ortu solis hn̄tem signū dei
viui. ⁊ clamauit voce magna. q̃ttuor angelis quibꝫ datū est
nocere terrez mari dicēs nolite nocere terre neqz mari. neqz
arboribꝫ quousqz signem⁹ seruos dei in frontibꝫ Sig
mund⁹ Doctor q̃ sunt illi q̃ttuor angeli quibꝫ Johes ait
esse datū vt possint nocere terre Ulric⁹ Sūt dyabo
li Sigmūd⁹ Appellat ne dyabol⁹: angel Ul
ricus Ita. nā dyabol⁹ ibi dē et etiā alibi sepe angel⁹ dr. qz
etiā missus a deo. vt ibi dic glosa ordinaria Sigmun
dus Forte Johes hec in spū vidit. dās nobis sue visionis
exemplar Cunradus dignissime p̃nceps nō op⁹ est ex
emplis. dū res ante oculos facta existit. vt audisti a malefi/
cis corā pharaone. ⁊ a gestis Job Si igit hec facta fore legū
tur. igit et iā fieri posse. q̃s dubitat Ulricus de illo
passu in fine ex post clarius loquamur

De nocumentis et morbis
hoibꝫ et infantibꝫ illatis

☞ Sigmundus Quia de corruptione et turbatione elementorum nobis sermo est. non incomperenter querendum duximus si. etiam hominibus et maxime infantibus morbos inferre. et adiutorio demonum eisdem nocere possint ☞ Lunradus Audiui a plerisq; mulieribus quomodo pueris incunabulis iacentibus varie egritudines acciderunt. nunc quippe illi puero nasus apparuit curuatus nunc alteri oculus erutus. quodq; maledicere mulieres quandoq; comprehense asseruerunt in torturaq; recognouerunt ob inuidiam parentum se talia pueris auxilio demonum irrogasse ☞ Sigmundus Audisti q̃ confessionibus talibus per metum extortis nõ saturabor. quid igitur aliud rationis seu auctoritatis in medium adducis ☞ Lunradus Iam superius pro auctoritate in li. p. Job cognouimus q̃ dyabolus filios eiusdem. ventum prouocando oppressit. et mortui sunt. Digneris itaq; audire beatum Augustinum. xxi: li. de ciuitate dei ca. xviij. dum ait. Prorsus q; scriptum est graue iugum filios Adam a die exitus de ventre matris eorum vsq; in diẽ sepulture: matrem omnium vsq; a deo impleri est necesse. vt ipsi paruuli per lauacrum regenerationis ab originalis peccati quo solum tenebantur vinculo iam soluti multa pacientes nonnulli incursus spiritum malignorum paciantur. Ecce q̃ Augustinus sentit pueros incursus demonum pati ꝛc. Item beatus Hieronimus ad paulam de dormitõne bresille in epistola ait Quid cause est. vt sepe binoli et trinoli. ac vbera materna lactãtes a demonio corrumpuntur ꝛc. Ecce igitur sacra scriptura et sanctorum patrum auctoritate ostensum esse dyabolum potestatem quandoq; habere corrumpẽdi pueros et infantes eisdẽq; nocendi ☞ Sigmundus Locuti modo sumus de infantibus. quid igitur in senibus et adultis ☞ Lunradus Multos vidimus senes claudicantes et contractos: qui asseruerunt ex maleficio illarum maledictarum ipsis istuc euenisse ☞ Sigmũdus Quid aũt sentit scriptura

Nota

Cunradus In legenda sanctorum Simonis et Jude legitur. quo corā rege babilonie zarocht et Arpha pat malefici fuerunt constituti. qui ipsius regis oratores et rethores mutos et claudos atqz cecos effecerunt. ac visuz et gressum eisdem denuo reddiderunt. ecce apertum testimonium. q̃ malefici nocere possunt hominibus etiam senibus. ac claudos et cecos facere et rursus eosdē sanare Sigmundus Si nanqz oratores quibus huiusmodi maleficia euenerunt pagani extiterunt. et in christum non crediderunt. nec signo crucis muniti fuerunt Ulricus Prudenter loqueris o inclite princeps. quoniam in eadem legenda canitur. q̃ postquā dicti oratores z rethores in christum crediderunt. et per apostolos signo crucis muniti fuerunt. dicti magi eisdem vltra nocere non poterant. quāquā magi ipsi irritati iterato eisdem nocere attētasse Cunradus Aie aye quomodo igitur poterat dyabolus nocere Job. qui eundem grauissimo vlcere percussit. adeoqz eundē lesit. vt in fimo iacens vix suspirare potuerit. vt legitur in libro Job et tamen ipse Job erat vir sanctus in voluntate dei vt testatur scriptura ambulans. Item in legenda sancti Anthonij legitur quomodo demones eundem valde grauiter percusserunt. qui tamen vir sanctus et deo placidus fuit. ecce ergo ex his constare. demones super sanctos etiam viros potestatem nocendi eisdem habuisse. Si igitur viros sanctos. turbare potuerunt. cur igitur et alijs de quorum. sanctitate nobis non constat nocere non possent Sigmundus Ex his magis atqz magis hesitare incipio quid igitur sentiendum sit audire desidero Ulricus Sine modo. prope finem quid sentiendum sit latius de hoc et alijs loquamur Sigmundus Ex priori dubio oritur aliud. Utrum possint hominem in cōiugali statu existē tem inficere et ad coeundum impotētem reddere Cunradus Vidimus plures pulcros socios qui in coitu. paucū aut nihil valuerūt. imo qui pprias vxores carnaliter

cognoscere nõ potuerunt asserentes ex maleficio hoc ipsis cõ/
tigisse. ☞ Sigmundus O multi multa loquuntur
☞ Ulricus Profecto canones in hoc consentiunt. as/
serentes per maleficia fieri posse vt homo qui a natura frigi
dus non est. ad coeũdum inhabilis reddatur. itaq; in decre
tali spẽcialem titulum de frigidis et maleficiatis habemus.
vnde Hysmarus etiam papa. in c. Si per sortiarias. xxxiij.
q. p. ait. Si per sortiarias atq; maleficas artes occulto Det
nunquã dei iniusto iudicio permittente. et dyabolo preparã
te concubitus non sequitur. hortandi sunt. quibus ista eue/
niunt. vt corde contrito et spiritu humiliatis. deo et sacer/
doti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant
ꝛc. Ecce dicit enim textus preparante dyabolo concubitus
non sequitur. Et quãuis prodecisione hui⁹ dubij ad creden
dum satis foret canon. quia canonum constitutões ab omni
bus debent approbari. vt dicitur in capi. pmo. de constitu.
nihilominus tamen hoc idem astruunt doctores. Unde bea
tus Thomas in. iiij. super sententijs distin. xxxiiij. ait: q ex
maleficio potest quis esse impotens ad vnam. et non ad aliã
Itaq; domin⁹ hostienſ in sũma libro. iiij. rubrica. xvij. de fri
gidis et maleficiatis dixit aliquando maleficiantur homi/
nes ita q redduntur per sortilegium impotentes omnibus
preterquã vni. Aliquando etiam maleficiatur adeo vt nõ
posset cognoscere vxorem sed omnes alias ☞ Sigmun
dus Animum meum hec mouent quia mira sunt. nam
cum coitus a natura nobis detur admirandũ certe erit quo/
modo dyabolus cursum nature impedire nobis ignoranti/
bus possit ☞ Ulricus Nam et ego vlricus ad decem
et octo annos in curia constantienſi causarum fui patronus et
aduocatus prout hodie sum. et huiusmodi causas frigidita/
tis et maleficij in practica plures habui: vbi mulieres accu/
sabant coram iudice maritos de impotentia cocundi.
☞ Sigmundus Quid igitur decretũ fuit in talib⁹

causis. Ulricus Decreuerunt iudices viros taliter infectos medicis curie huiusmodi iuratis ostendere se debere pro examine medicorum faciendo. Sigmundus Quid inde. Ulricus Itaqz plures comperi p medicos curie iuratos inspectos quos ipsi medici asseruerunt natura non frigidos. sed sortilegio maleficiatos esse. Sigmundus Et quid super huiusmodi medicorũ examine finaliter sententiatum extitit. Ulricus Decreuerunt itaqz iudices partes ad triẽnium mutuo cohabitare debere opus carnis huiusmodi attentando. quodqz largiores in ieiunijs et elemosinis forent vt deus qui institutor est matrimonij huiusmodi maleficium ab eis auferre dignaretur. Verum quia de huiusmodi articulo opinionem meam in fine cum precedẽtibus dubijs lacius declarare intendo. Interim ad alia dubia te conuertere si velis poteris. Sigmundus Quarta enimuero fuit questio.

Utrũ possint facies hominũ in alias formas ĩmutare ꝛc.

☞ Ulricus Quid tibi dignissime princeps. videtur
☞ Sigmundus Nō non ☞ Ulricus Quo hoc
asseris moriuo ☞ Sigmundus Dicitur enim in decre
to in ca. episcopi: xxvi. q. v. vbi inquit textus. quisquis ergo
credit posse fieri. aliquam creaturā. aut in melius aut in de/
terius imutari. aut transformari. posse in aliquā speciē aut
in aliquā similitudinem. nisi ab ipso creatore qui omnia fe/
cit. et per quem omnia facta sunt. infidelis est. et pagano de
terior. hec textus ☞ Cunradus Canoni nāqz aduersa
ri non intendo. Sed que apud historiographos me legisse
memini recitare cupio. Quid igitur ad Virgilium dicitur
qui in bucolicis egloga octaua recenset q dum Ulixes su/
is cum socijs a troya exulando: ad circe reginam declinasset
ipsa quoqz circe hospites tales suscipiendo pocula malefica
eisdez ministrasset. itaqz i pst hospites postquā venenata po
cula bibissent. in animalium diuersarum specierum conuer
si sunt. hic nanqz in lupum. alter in aprum. alius vero in leo
nem ☞ Sigmundus Fabulam recitas. poete fin/
xerunt quibus non creditur ☞ Cunradus Ver/
te poete reijciendi non sunt. Nam celius lactantius ait poe
tas historias scripsisse. Sed sub occulto figmento velasse:
Attamen hanc recitat Boetius doctor catholicus in libro
quarto de consolatione. et ait

Uela naritij ducis
Et vagas pelago rates
Aurus appulit insule
Pulcra qua residens dea
Solis edita semine
Miscet hospitibus nouis
Tacta carmine pocula
Quos vt in varios modos
Vertit herbipotens manus
Nunc apri facies tegit
Ille marmaricus leo

Dente crescit et vnguibus
Pic lupus nuper additus
Flere dum parat vlulat
Ille tigris vt indica
Tecta mitis obambulat
Sed licet varijs malis
Numen archadis alitis
Obsitum miserans ducem
Peste soluerit hospitis
Jam tamẽ mala remiges
Ore pocula traxerant
Jam sues cerealia
Blande pabula verterant
Et nihil manet integrũ
Voce et corpe perditis
Sola mens stabilisq; semp
Monstra que patitur gemit
O leuem nimiũ manum
Nec potentia gramina
Membra que valeant. licet
Corda vertere non valeant
Intus est hominũ vigor
Arte conditus abdita
Nec venena potentius
Detrahunt hominẽ sibi
Dira que penitus meant
Nec nocentia corpori
Mentis vulnere seuiunt
Nec Boetius decurtatis metris canit ¶ Sigmundus
Tametsi preclaro stilo Boetius vlixis sociorumq; gesta re
citet. hesito tamen an vera sint. et si talia gesta vera fuerint.
Non mirum si istuc his hominibus accidit qui pagani fue/
runt ydola venerantes. et statuas demonum adorantes.

vnde dyabolum super homines tales maiorem potestatem habuisse credimus. Cum autem nos deum celi adoremus et in christum credimus per quem ab imperio dyaboli liberati sumus. vnde nobis talia contingere posse non existimo ☞ Cunradus Insuper his simile factum audiuimus Narrat enim Appulleius. prout eum recitat Augustinus eidem asini aures accidisse. ac accepto veneno humano animo permanente se asinum factum fuisse ☞ Sigmundus Dixi iam differentiā esse inter ydola adorantes et deum celi colentes ☞ Cunradus Procedamus igitur ad eos qui deum celi adorarunt. vt ostendamus eisdem venefica arte talia pariter accidisse ☞ Sigmūdus Procede igitur ☞ Cunradus In hystoria clementis recitatur quomodo facies faustiani qui pater sancti Clementis extitit. et cum beato Petro apostolo cōuersabatur per Simonem maleficum immutata fuerit. dicitur enim in eadem historia qd̄ cum impator Cornelium centurionem misisset anthiochiam. vt illic magos et maleficos caperet Faustinianus licentiam salutandi Apionem et Anubionem a beato petro pecūt. cum autem idem faustinianus apud Simonem maleficum declinasset Itaqz Simon anubiani et Appiani exposuit quomodo idē illa nocte Corneliū centurionem fugere vellet eo q̄m audisset eundem Cornelium impatoris ex precepto se cōprehendere velle. vnde ipse Simon omnem furorem in faustinianū conuertere proposuerit Tantum inquiens facite faustinianū cenare vobiscuz At ego ait quoddam interim vnguentum componam quo cenatus faciem suam perungat ex eo quoqz vultum meū habere videatur Vos autem herbe cuiusdam succo faciem p̄unguimini prius vt non fallamini de imitatione vultus eius Volo enim vt comp̄hendatur ab his qui me querunt: et luctum habeant filij eius qui me relicto confugerunt ad Petrum Itaqz facies faustiniani fuit mutata. vt nemo eandez p̄terquā petri cognosceret. ad modū q̄ppe vt q̄ faustinianū

intuebatur:existimabat Simonem magum videre Ecce igitur q̃ permaleficas artes vir sanctus erat immutatus

☞ Sigmundus ¶ Forte pro tunc faustinianus cathecuminus fuit.nec dum baptisatus a petro. vel deus hocideo permisit.vt dolus Simonis magi proficeret in gloriam petri prout factum fuit ☞ Cunradus ¶ Quocunqz modo permissum extiterit.attamen ex historia claret q̃ facies eius p̃ maleficũ immutata fuit . Item in historia beati Petri recitatur qd̃ cum Simon magus ante faciem Neronis imperatoris staret eius effigies subito mutabatur vt modo senior modo adolescentior videbatur In eadem quoqz historia legitur.q̃ Simon magus hircum in speciem hominis scilicet ipsius simonis mutauit.fertur enim Simonem Neroni dixisse.vt scias optime imperator me filiuz dei esse. iube me decollari.et tercia die resurgam Precepit ergo Nero carnifici.vt decollaret eum qui cum putaret Simonem decollare.decollauit arietem Simon autem arieris membra recolligens.se et illa tribus diebus abscondit.tercia vero die ostẽdit se Neroni dicens. Fac sanguinem meum abstergi qui effusus est.quoniam ecce ego qui decollatus fueram.sicuti p̃misi tercia die resurrexi Nero vero his visis obstupuit. ⁊ eũ filium dei esse putauit ☞ ¶ Sigismundus ¶ bone doctor quid tu affers in medium ☞ Ulricus ¶ Maiorum doctorum testimonia in eam rem conducentia Dicit enim beatus Augustinus in libro de spiritu et anima Humana opinio dicit qd̃ quadam arte et potestate demonum homines conuerti possunt in lupos et iumenta.et portare queqz necessaria.postqz peracta opera iterum ad se redire .nec bestialem mentem in eis fieri sed rationalem humanamqz seruare Hoc intelligendum est q̃ demones quidem naturam non creant. Sed solum aliquid tale facere possunt vt videantur eẽ qd̃ non est Nec Augustinus Ecce ergo q̃ Augustinus cõcedit qd̃ aliquid tale facere possunt ☞ Sigismundus Sed subdit vt videantur esse q̃ non est ☞ Ulricus ¶

De hoc lacius in solutione finali dicemus Insuper Augu/
stinus in libro: xviij. de ciuitate dei ait. de ludificationibus
demonum quid dicemus nisi de medio Babilonis esse fugi/
endum quanto enim in hec yma maiorem potestatem demo
num videmus. tanto tenacius mediatori inherendum. per
quem de ymis ad summa conscendimus Nam cum essemus
in italia audiebamus talia de quadam regione illarum par
tium. vbi stabularias mulieres imbutas his artibus ī caseo
dare solere dicebant quibus vellent. seu possent viatoribus
vnde in iumenta illico verterentur et necessaria queqz por/
tarent. postqz perfuncta opera ad se redirent. nec in eis vitaz
bestialem fieri Sed rationalem seruari hec Augustinus
☞ Sigismundus Hic Augustinus loquitur de au/
dito alieno dicens se a quibusdam recitatoribus audiuisse
vnde dictum Augustini in hoc nihil concludit quia testis
de auditu alieno loquens non probat ☞ Ulricus Sa
pienter loqueris. attamen audiamus ppinquiora Vincen/
tius in speculo naturali libro tercio capi. cix. refert cui⁹ ver/
ba hec. refert guilhelmus malmesberiensis monachus in hi
storia sua. q̄ tempore Petri damiani fuerunt due vetule in
strata publica quas Augustinus appellat stabularias. id ē
transeuntes ad hospicia pro mercede suscipientes Nam sta
bularium proprie hospicium venale et publicuz dicitur. hec
vno cōmorantes tugurio vno quoqz imbute maleficio. ho/
spitez si quando superueniebat solus in equum vel suem vl
asinum mutabant. et mercatoribus vendentes precium ha
bebant Quadam die iuuenē histrionicis gestibus victum ex
igentem hospicio susceperunt. susceptumqz asinum fecerūt.
multum inde lucrantes per asinum scilicet qui miraculo ge/
stium destinabat transeuntes Nam quocunqz modo anus
precepisset mouebatur Non enim amiserat intellectum sed
loquelam multum inde questum conflauerant vetule Au/
diens hoc vicinus diues. asinum emit magno precio Dictū
quoqz est ei ab illis vetulis vt custodirent eum. ne in aquam

intraret. seruatusq; asinus diu ab aqua. tandem in cautiorē nactus custodiam in lacum proximum se piecit et ibi se diu volutans asininam figuram perdidit. propriamq; recepit. Cunq; custos eius scissitaretur ab eodem obuio. si asinum vidisset. ille se esse dixit famulus ad dominum retulit dominus apostolicum leonem virum seculo sanctissimum Conuicte anus idem fatentur Dubitantem papam confirmauit petrus Damianus vir erudissimus. producto exemplo de Simone mago qui faustianum videri fecit in figura Simonis Ecce ergo q; Petrus Damianus vir et doctor magne auctoritatis apud papam conclusit hoc fieri potuisse ☞ Sigmundus ¶ Tantis historijs ⁊ auctoritatibus me impellis vt nesciam quorsum tandem me vertam ☞ Ulricus In fine latius sequamur de hoc

Utrum ꝓficiscantur ad conuiuia sup baculū vel lupū equitando.

☞ Sigmundus Ulterius quero: vtrum super baculū pinguedine quadam vnctū. aut super lupum vel aliud animal possint tales mulieres maledicte equitare Et an dyabolus posset eas deferre de loco ad locum vt bibant et conuiuia celebrent. seqz mutuo cognoscant atqz delectentur

☞ Ulricus Audienda est tua opinio benigne arche dux ☞ Sigmundus Nouimus q̃ dyabolus spiritꝰ est incorporalis qui non habet manus neqz pedes. nec etiaz alas. qui etiam non cōmensuratur loco. quomodo igitur hominem qui corporeus est portare posset ☞ Cunradus forte spiritus ingrediuntur aliqua corpora et assumūt sibi talia ad opus illud qd̃ facere volunt apta. atqz tunc in illis corporibus efficiunt id quod volunt. Nam in sacra scriptura legimus Daniel. vltimo. q̃ angelus domini apprehēdit Abacuckin vertice eius et portauit eum in capillo capitis sui. et posuit eum in babilonem Ecce quāuis angeli spiritꝰ sint. et non habeant manus neqz pedes. tamē concludendū est q̃ angelus corpus assumpserit quo Abacuck capillis tenere et portare potuit Sic actuū aplorz. viij. legitur. q̃ spiritus domini rapuit philippum. et inuentus est in azoto.

☞ Sigmundus Hoc in spiritibꝰ et angelis bonis posset concedi in quibus maior est potestas ☞ Ulricꝰ loquamur ergo de malis et sic de dyabolo Naz in legenda sancti Jacobi legitur q̃ dyabolus hermoginem constrinxit et ligatis manibus et pedibus eundem ad sanctum Jacobū detulit ☞ Cunradus Referam autem ego q̃ temporibꝰ nostris quibus ad huc iuuenes et mutuo in scientijs humanitatis constudētes fuimus accidit. ante enim lapsum multorz annorz vidi ego in iudicio prouinciali ciuitatis Constantiensis duos mutuo ligantes vbi accusator in forma iuris seni scribēs ꝯtra quendā rusticū quē maleficū asseruit actōz proposuit. qūo idē rusticus sup lupū quendā eq̃tās obuiam accusatori venerit. quo obuiāte ipse accusator sbito ꝯtractꝰ ⁊ mēbrz lāguidz factꝰ fuerit. itaqz rogāte eo maleficū vt saitarē

sibi restitueret annuerit maleficus qui abiens rem aliquan/
tulum temporis tacitus continuit Verum quia idem rusti/
cus etiam alijs suo maleficio damna intulisse dicebatur. vñ
tandem accusator eundem publice in figura iudicij accusa/
uit Sigmundus Quid ad huiusmodi accusationem ru
sticus rñdit ☞ Cunrad⁹ negauit ill ☞ Sigmūd⁹
ad torturā fuit ne positus ☞ Cunrad⁹ Nō Sigmū/
dus Quomodo igitur conuinci potuit ☞ Cunrad⁹ ꝑ
testes Sigmundus Quid deposuerẽt testes ☞ Cun/
radus Ipm talia facere sciuisse ☞ Sigmūd⁹ Scire
nanqꝫ reprehendi non potest cum iuxta Arestotilē omēs ho/
mines naturaliter scire desiderā ☞ Cunrad⁹ Subiun
xerunt nanqꝫ testes eundem rusticum non solum talia face/
re sciuisse. sed etiā fecisse ☞ Sigmūd⁹ Quā nanqꝫ cau
sam dicti allegarunt testes Cunradus Asseruerunt per
eorundem iuramenta publice prescita qđ ipe rusticus male
ficus etiam ipos testes in corpore et rebus damnificauerit
Sigmundus Datus ne fuerat ipi accusato orator ad de/
fendendū ☞ Ulric⁹ At ego tali iudicio affui ⁊ illđ cuꝫ
grauitate et maturitate fieri vidi. ipas etiam ꝑtes duos ma
gne eloquentie viros prelocutores habuisse memini Sig
mundus Qui nanqꝫ hij fuerūt ☞ Ulric⁹ Cunradū
quondam schatꝫ prem nostri condisputantes. ac Ulricum
quondam blarer nostre ciuitatis pretores. viros rememora
tione dignos pro oratoribus habuerunt ☞ Sigmūdus
Noui illos et prudentes censui ☞ Cunradus Ordina
rio itaqꝫ iudicio ex dictis testium ipsum accusatum conui/
ctum condemnari condēnatūqꝫ concremari vidi ☞ Sig
mundus Questio istec aliam etiam particulam cōtinet vi
delicet. ꝙ huiusmodi mlieres quādoqꝫ conueniant. mutuo
qꝫ confabulentur. et bibant et se inuicē agnoscāt ☞ Cun
radus Sic fieri solere vulgus clamat. ipseqꝫ mulieres ta/
lia confitentur. et propinqua iudicia confessionis assignant
☞ Sigmundus Nōne ait canon in capi. episcopi. xxvi:

q.v.vbi textus. Illud etiam non omittendum est ꝙ quedaꝫ mulieres scelerate retro post sathanam conuerse demonum illusionibus.et fantasmatibus seducte credunt se et profitē/tur cum dyana nocturnis horis dea paganorum. et cum he/rodiade.et innumera multitudine mulierum equitare sup quasdam bestias et multa terrarum spacia intempeste noctꝫ silentio pertransire eius iussionibus obedire.veluti domine ꝛ certis noctibus ad eius seruitium euocari Sed vtinam he sole in perfidia pijssent et non multas secum ad infidelita/tis interitum prouocassēt Naꝫ innumera multitudo hac fal sa opinione decepta vera hec esse credit.et credendo a recta fide deuia et errore paganorum inuoluitur ☞ Cunradus Si itaqꝫ iuxta verba canonis opinione decipiuntur. vnde igitur prouenit.ꝙ ipse mulieres ex alijs ciuitatibus homi/nes noscunt.quos etiam conuiuio interfuisse asserunt et in/ditia cognitionis sue ostendunt.quos tamen prius nunquā viderunt:neqꝫ in huiusmodi ciuitatibus cum talibus prius conuersate fuerunt ☞ Ulricus Hāc instantiam et si vr geri videatur tū prope finem huius tractatus exemplo san/cti Germani soluemus ☞ Sigmuudus Querendum insuper fore existimo

Utrū dyabolus in forma hoīs
apparere et cū hmōi maledictis
mulierib⁹ incubādo possit ꝯ misceri

☞ Cunradus Nemo dubitat quin Dyabol⁹ in for/
ma hominis apparere possit. Nam in legenda sancti Mar/
tini legitur. ꝙ cum Martinus mediolanū preterisset. Dya
bolus in humana specie sibi obuius fuit Sic in legenda san/
cti Anthonij legitur ꝙ dyabolus in specie pueri nigri pro/
stratus apparuit Item in legenda sancti Eulogij legitur ꝙ
Dyabolus in specie pulcre mulieris eundem apud fabricaꝫ
suam alloquebatur De Saluatore quoqꝫ nostro. Mathei
quarto legitur. ꝙ assumpsit eum dyabolus. et statuit eū su/
per pīnaculum templi. ⁊c. Unde in hanc partem assentior.
ꝙ dyabolus in specie humana possit cum hominibus appa/
rere. et cum eis conuersari. Legitur enim ꝙ Plato demone
domestico quasi famulo vsus sit ☞ Sigmundus Sed
quid de alia parte questionis an demones possint cum tali/
bus mulieribus dormire et coire cum eisdem ☞ Cunra
dus Hoc nanqꝫ mulieres confitentur. ꝙ incubo com/
misceantur. et quasi ab amatoribus tractentur ☞ Sig/
mundus Vana mulierum opinio multa garrulat: que
vera fore putat ☞ Cunradus Profecto quando
qꝫ perseuerant in huiusmodi eorum confessione. etiam cum
ad mortem ducuntur: et nihil aliud vident q̄ moriundum
esse Verumtamen audiamus gesta aliorum magis auctori
sabilia Legitur enim hystoria sancti Bernardi ꝙ quidā de
mon siue incubus pluribus annis cum quadaꝫ muliere dor
miuit. etiam marito mulieris in eodem lecto condormiente
attamen hoc nephas ignorante Itaqꝫ tandem mulier peni/
tentia ducta volens deinceps licentiare et expellere incubuꝫ:
verum non potuit Unde beato Bernardo conquerens qui
ipsum demonem ardentibus candelis excōmunicauit. Ac
vt sic eundem a dicta muliere effugiuit. Item beatus Au/
gustinus in quindecimo libro de ciuitate dei ait. creberri/
ma fama est. multiqꝫ experti sunt. vel ab illis qui expertos
se audisse affirmant. siluanos atqꝫ faunos quos vulgo incu
bos vocāt improbos sepe mulierib⁹ extitisse. ⁊ eaꝝ appetisse

et peregisse concubitum Item in historijs arcturi regis bri/
tānie sepius leguntur huiusmodi accidisse. ☞ Sigmun
dus Quid igitur respondetur ad auctoritatem Cassiani
qui ait. Nullo ergo modo credendum est spirituales natu/
ras cum feminis carnaliter coire posse. Nam si hoc aliquan/
do posset fieri: quomodo nunc vel nunquā vel raro videre/
mus aliquos ex eorum concubitu de mulieribus absq; viri/
li semine nasci. cum presertim constet eas libidinum sordi/
bus ad modum delectari. quas procul dubio. per semetip/
sas potius q̄m hominibus exercere mallent Si illd̄ vllo mo
do effici posset. Hec ille. ☞ Ulricus Hec auctori/
tas inducit nos ad aliam questionem: an videlicet ex coitu
demonum cum mulieribus patrato possint nasci puer

An ex coitu demonū cum
mulieribus patrato pos/
sint nasci puer.

☞ Cunradus Tritum est sermone prouerbium ex hu
iusmodi concubito filios natos esse. quos vulgus abiectos
nominat. qui etiam alamanico ydeomate Wechselbalg ap/
pellantur: vnde fabulatur a quadam Melesina incuba. que
cuidam comiti adhesisse dicitur. pluresq; filios ex ea natos
fuisse At vnumquēq; huiusmodi filiorū aliquid prodigij
in membris habuisse Illum nanq; tres oculos. alium den/
tes aprinos contraxisse famā. ☞ Sigmūdus Fabula
hec ab incerto autore orta fidem non facit Cunradus
Apud vincentium in libro historiali. xxi. li: ca. xxx. narratur
q̄ Wortigernus rex consilio inito cum sapientibus quid age
re deberet ad sui tutamen. consilio autem capto iussit conue
niri artifices. vt ei turrim fortissimam construerent Sed cū
opa eoꝝ tellus absorberet. suasum ē regi vt hominē sine pr̄e
q̄reret et ei⁹ sanguīe lapides ⁊ cemētū aspgi p̄ciperet q̄i h̄ fctō
cemētū stare potuisset. inuēt⁹ igit̄ adolescēs cui nomen erat

merlinus .qui cū mre sua adducitur coram rege.que professa
est de spiritu in specie hominis illum concepisse Merlinus
autem multa obscura reuelauit multa predixit futura Ape
ruit enim sub fundamento esse lacum.sub lacu duos latere
dracones.quorum vnus rubeus populum britonum .alter
vero albus.saronū designaret.et quis in conflictu suo alter
vinceret predixit et Aurelium Ambrosium deuicto Ven
gisto et cōbusto Wortigerno regnaturum Ex illa enim histo
ria habes Merlinum ex incubo dyabolum genitum. Item
et de illo Merlino beatus Augustinus et ceteri doctores
faciunt mentionem ☞ Sigmund⁹ Quid igit sentiūt
de Merlino doctores ☞ Ulric⁹ prope finē tractatus
latius explicabitur nunc d̄ illa particula incubor amplius
progrediamur Glosa ordinaria super sexto capitulo Gen:
p̄mo libro.vbi textus ait.gigantes autē erant sup terram in
diebus illis.postquā enim ingressi sunt filij dei ad filias ho
minum.illeqz genuerunt isti sunt potentes a seculo et viri fa
mosi.hec textus. Glosa autem desuper dicit. Non est incre
dibile ab hominibus non ab angelis vel quibusdam demoni
bus.qui mulieribus sunt improbi eiusmodi homines ec̄ pro
creatos.quia post diluuium corpora non solum virorum sed
et mulierum incredibili magnitudine extiterunt .hec glosa.
☞ Sigmūd⁹ Mirabil hec foret glosa Si dyabol⁹ pos
set procreare pueros ☞ Ulricus Josephus iudeor no
bilis princeps vir vtiqz multarum rerum disertus . quē etiā
Hieronimus laudibus effert hoc idem super illum passus
scribens asserit illos ex p cubitu spūum icubor cū mlierib⁹
patrato natos fuisse ☞ Lunrad⁹ Adducā etem ppin
quiores historias Sanfridus anthiosiodorus scribit prout
eundem Vincentius in naturali libro tercio recitat.dicens
quomodo quidam Decanus sacerdotum cum sorore ducis
Burgundie regi cicilie rogerio desponsata aliquamdiu re
gnum est inhabitans ibi certissime comparit. qd narrabat
iuuenis quidam strennuus .et natandi arte pitus circa cre

pusculum noctis lucente luna in mari balneans mulierem post se natantem per crines apprehēdit. tanquā vnum ex socijs qui eum vellet mergere. eamq3 alloquens nullum verbum extorquere potuit. opertamq3 pallio in domū eam duxit. et tandem in vxorem solenniter accepit Increpatus aliquando a socio quodam ꝙ fantasma accepisset. expauescens eripuit gladium; minatus est in conspectu eiusdem mulierꝫ filium quem ex ea susceperat interfecturum nisi illa loqueretur et diceret vnde esset Que ve inquit tibi misero vtilem ꝑdis vxorem. dum me cogis effari Tecum essem et tibi bene foret si iniunctū mihi silentiū tenere permisisses Nunc autē deinceps me non videbis et mox euanuit. Puer autem creuit. et marinum balneum frequentare cepit. Tandem vna dierum fantastica illa mulier coram multis eundem puerū in eisdem fluctibus occurrentem rapuit quem si verus fuisset mare ad litus expellere debuisset. hec ille ☞ Sigmundus fuit igitur ne talis puer verus vel fantastic⁹ ☞ Annradus Ex historia deprehenditur. ꝙ talis puer comedit bibit ambulabat. et multis annis educatus fuit ☞ Ulric⁹ pro quo Merlinus et hic puer habiti fuerint ꝓpe finē enudamus. nūc interim ad alias huiusce rei historias pergam⁹ ☞ Sigmundus perge igitur ☞ Cunradus Helimandus quarto libro quē Vincentius refert pariter narrat cuius verba hec sunt. in coloniensi dyocesi famosum et īmane pallatium reni fluminis supeminet. ꝙ iuuamen nuncupatur. vbi pluribus olim congregatis principibus improuiso aduenit nauicula. q̄m tollo alligatam cignus trahebat argentea cathena Exinde miles nouus et incognitus omnib⁹ exilijt At cignus nauem reduxit Miles postea vxorem duxit et liberos procreauit Tandem in eodem pallatio residēs et cignum inspiciens aduentantem cum eadem nauicula et cathena statim in nauem se recepit et vlterius non comparuit. ꝓgenies aut eius vsq3 hodie perseuerat. hec hemliādus ☞ Sigmūdus Quāquā hmōi historiaꝝ autores

graues sint. graue tamen non minus est credere talia facta
fuisse et si facta. quomodo talia intelligenda veniant Item
quia dicis te in fine huiusmodi dubia pro tua capacitate re/
soluere quantum possis velle. ideo ad vlteriorem questionē
progredior Videlicet vtrum Strige et malefice possint fu
tura predicere et secreta principū cōsilia reuelare Cun
radus Audimus q Merlinus multa futura predixit q
etiam facta sunt prout ex hystoriis deprehendimus. Item
nonne Balaam vt testatur scriptura ariolus fuit. et tamen
multa futura predixit. Item nonne dyabolus in specie Sa
muelis ad prouocationem phitonice mulieris predixit saul
et omnem eius familiam in bello casurum qd factum fuit ut
dicitur Regum primo cecidit enim Saul et Jonathas fili
us eius et familia sua in bello et mortui sunt Sigmū
dus Nonne futurorum cognitor solus est deus secretorū
qz inspector qui est prima causa et primus motor omnium.
Ulricus Est nanqz. sed nihilominus tamen dyabo/
lus futura predicere potest. Videmꝰ enim q medici ⁊ astro/
logi ⁊ alij sapientes homines sepe futura prenosticant.
Sigmundus Quāuis futura predicunt. tamen nō
est necesse. vt ita eueniant. vnde necessario futura predicen/
do non concludunt Ulricus Recte arguis colendis
sime domie princeps qz oia sunt in potestate dei cui nemo
est consiliarius nisi ipse sibi Sigismundus Vellē
enim scire quomodo dyabolus futura predicere pōt Ulri
cus Audi verba beati Augustini in decreto posita: in ca/
pitulo. Sciendum. xxxvi. q. iij. vbi textus. Sciendum est
hanc esse naturam demonū vt aerij corporis sensus terreno/
rum corporū sensum facile precedant celeritate. et propter
aerij corporis superiorem mobilitatez. non solū cursus quo/
rumlibet hominū vel ferarum. verum etiam volatus auium
incomparabiliter vincunt. quibus duabus rebus quantum
ad aereum corpus attinet predici. hoc est acrimonia sensus
et celeritate motus. multa ante cogitata pronunciant. q ho/
mines pro sensus terreni tarditate mirentur Accessit et de

monibus per tam longum tempus. quo eorum vita proten/
ditur rerum longe maior expientia. quã potest hominibus
propter breuitatem vite peruenire. per has efficacias. quas
aerij corporis natura sortita est non solum multa futura p̄/
dicunt demones verum etiam multa faciunt. que q m̄ homi
nes dicere aut facere non possunt: eos dignos quibus serui/
ant. et quibus honores diuinos deferant arbitrantur. insti/
gãte maxime vicõ curiositatis ꝓpter amorem felicitatis fal/
se atqꝫ terrene. ⁊ excellentie temporalis Nunc quia de diui
natione demonum questio est. Primum sciendum est illos
ea plerumqꝫ prenunciare que ipsi facturi sunt Accipiũt em̄
sepe potestatem et morbos immittere et ipsum aerem viciã/
do morbidum reddere et peruersis ⁊ amatoribus terrenorũ
cõmodorum malefacta suadere de quorum moribus certi
sunt. qđ eis talia suadentibus consensuri sunt Suadentibꝫ
miris ⁊ inuisibilibus modis. per illam subtilitatem corpora
hominum non sentientium penetrando. ⁊ se cogitationibus
eorum per quedam ymaginaria iussa miscendo. siue vigilan
tium siue dormientium Aliquãdo autẽ non nunquã ipi faci
unt Sed que naturalibus signis futura prenoscunt. que in
hoĩm sensũ venire non possunt ante predicunt. neqꝫ enim qꝛ
preuidet medicus: qđ preuidere nescit. huius artis ignarꝰ.
Ideo tñ diuinus habendus est. Quid autẽ mirum Si quẽ
admodũ ille corpis humani ꝑturbata vel mortificata tem/
perie seu bonas seu malas futuras p̄uidet valitudines. Sic
demones in aeris affectione sibi notas. nobis ignotas futu/
ras preuident tempestates Aliquãdo etiam hominum dis
positiones non solum voce prolatas. verũ etiam cogitatiõe
cum signis quedam ex animo exprimuntur. in corpore tota
facilitate predicũt atqꝫ hinc etiam multa futura ꝓnunciãt
alijs vicꝫ mira q̄ ista disposita ignorarũt Hec Augustinus
☞ Sigmundꝰ Est igitur ne ipis credendũ ☞ Ulricꝰ
prorsus nõ ☞ Sigmũdꝰ Quare Ulricꝰ q m̄ ipi etiã
demões qñꝫ fallũt ⁊ ec̄ hoĩes fallũt ⁊ đcipiũt ☞ Sigmũ
dus Da exẽplũ vbi fallũt ☞ Ulricꝰ Legit in legẽda

monibus per tam longum tempus. quo eorum vita proten/
ditur rerum longe maior expientia. quã potest hominibus
propter breuitatem vite peruenire. per has efficacias. quas
aerij corporis natura sortita est non solum multa futura p̄/
dicunt demones verum etiam multa faciunt. que q m̄ homi
nes dicere aut facere non possunt: eos dignos quibus serui/
ant. et quibus honores diuinos deferant arbitrantur. insti/
gãte maxime vicõ curiositatis ꝓpter amorem felicitatis fal/
se atqꝫ terrene. ⁊ excellentie temporalis Nunc quia de diui
natione demonum questio est. Primum sciendum est illos
ea plerumqꝫ prenunciare que ipsi facturi sunt Accipiũt em̄
sepe potestatem et morbos immittere et ipsum aerem viciã/
do morbidum reddere et peruersis ⁊ amatoribus terrenorũ
cõmodorum malefacta suadere de quorum moribus certi
sunt. qđ eis talia suadentibus consensuri sunt Suadentibꝫ
miris ⁊ inuisibilibus modis. per illam subtilitatem corpora
hominum non sentientium penetrando. ⁊ se cogitationibus
eorum per quedam ymaginaria iussa miscendo. siue vigilan
tium siue dormientium Aliquãdo autẽ non nunquã ipi faci
unt Sed que naturalibus signis futura prenoscunt. que in
hoĩm sensũ venire non possunt ante predicunt. neqꝫ enim qꝛ
preuidet medicus: qđ preuidere nescit. huius artis ignarꝰ.
Ideo tñ diuinus habendus est. Quid autẽ mirum Si quẽ
admodũ ille corpis humani ꝑturbata vel mortificata tem/
perie seu bonas seu malas futuras p̄uidet valitudines. Sic
demones in aeris affectione sibi notas. nobis ignotas futu/
ras preuident tempestates Aliquãdo etiam hominum dis
positiones non solum voce prelatas. verũ etiam cogitatiõe
cum signis quedam ex animo exprimuntur. in corpore tota
facilitate predicũt atqꝫ hinc etiam multa futura ꝓnunciãt
alijs vicꝫ mira q̄ ista disposita ignorarũt Hec Augustinus
☞ Sigmundꝰ Est igitur ne ipis credendũ ☞ Ulricꝰ
prorsus nõ ☞ Sigmũdꝰ Quare Ulricꝰ q m̄ ipi etiã
demões qñꝫ fallũt ⁊ ec̄ hoĩes fallũt ⁊ đcipiũt ☞ Sigmũ
dus Da exẽplũ vbi fallũt ☞ Ulricꝰ Legit in legẽda

dicerunt romanos te vincere certum habe. potest autem ac/
cusatiuus ille te varijs modis cōstrui. ita vt si ipe dux roma/
nos vicisset consonum responsiōi fuisse Si vero a romanis
victus fuisset responsioni imputari demonibus non potuis
set. Unde igitur ambigua obscuritate responsa solent dare.
Item sepe etiam p sua eorum voluntate fallunt. et menda/
cia dicunt. quoniam pleni sunt inuidia. et gaudent dum ho/
mines in errorem mittunt. et decipiunt Unde periculosum
est eisdem credere. quoniam nescit homo. quando ipsi fallū/
tur. vel fallere pro eorum consuetudine nos volunt Sic ita
qz clementissime princeps habes quando ipi secreta scire et
futura predicere possunt. Et qō fides in eorum dictis po/
nenda non est. quia in eis non est veritas Sigmūdus
Satis iam satis dubiorum nostrorum occasione vos hinc
inde allegantes audiuimus. nunc nostri propositi mens fi/
nem determinationis appetit. quid igitur tu sentias placet
vt detegas Ulricus Que igit dubia resolui cupis

An possint prouocare demo
nes grandines et tonitrua

☞ Sigmundus Utrum igitur demones et homines ministerio demonum possint turbare aerem prouocare grã/dines nocere terre atq3 hominibus morbosq3 inferre. et seu hominem sterilem facere. ☞ Ulricus Dico q̃ non pos/sunt. nisi quãdo. et quibus. ac in quantum. a deo ex causa ma/iestatem suam monente eisdem conceditur. ☞ Sigmun/dus Super quo fundas hanc conclusionẽ ☞ Ulricus Super prius deductis: Insuper Johãnes damascenus li. ij. ait. non habent demones virtutes aduersus aliquem nisi a deo dispensante concedatur. sicut in Job. et in porcis. per/missione vero dei facta. et fortitudinem habent. et transmu/tantur. et transfigurantur in quãcunq3 volunt figuram ꝗm ymaginem id est fantasiam: Item Gregorius in Dyalogo. libro. iij. ait. absq3 omnipotentis dei concessione nullã hab3 potestatem contra hominem malignus spiritus. qui etiã in porcos transire non potuit. nisi permissus ☞ Sigmun/dus Quid est hoc dicere in porcos transire non potuit.

☞ Ulricus In euangelio legitur q̃ cum christus de/moniacum curasset. et multas legiones demonum ab eo eie/cisset petiuerunt demones licentiam a domino vt porcos in/gredi possent. qua data intrauerunt porcos et in mare irue/runt. ꝛc. Ecce q̃ demones non audebant porcos intrare. et eos molestare. nisi prius a deo obtenta licentia ☞ Sig/mundus ¶ Cognosco itaq3 qd̃ cum eisdem a deo permis/sum fuerit. q̃ ex tunc nocere possunt ☞ Ulricus Re/cte cognoscis. vnde ait Dieronimus super psalmum: xxxiij Itaq3 de quibusdam in psalmo dicitur. fiat angelus domi/ni. persequens eos. id est dyabolus. seu spiritus malus. quia dominus creauit illũ. et in sua habet potestate. Ecce ex hoc habes q̃ sepe deus concedit dyabolo vt persequatur homi/nes. Item beatus Augustinus de diuinatione demonum. ait. accipiunt autem sepe potestatem. et morbos immittere et aerem viciando morbidum reddere. et peruersis malefa/

cta suadere. Nam beatus Augustinus in libro de trinitate iij. ait: Ex ineffabili autem dei potentatu fit q̃ possent mali angeli. si pmitterent. ideo vero non possunt. quia non permittuntur. Sigmundus cum autem demonibus talia facere a deo permittitur. possunt ne tunc pro eorum libito facere. quantum volunt. Ulricus Non. nisi tantum. quantum eis facere permittitur. et ideo Augustinus eodem loco in libro tercio de trinitate ait. ideo non possunt. quia non permittuntur. Subiungit etiam dicens. neqz eim alia occurrit ratio. cur magi non potuerunt facere ciniphes. qui ranas serpentesqz fecerunt nisi quia maior aderat prohibentis dei dominatio. per spiritum sanctum. qd etiam magi confessi sunt dicentes. digitus dei est hic ꝛc. prout Exo. capitulo. vij. dicitur. Unde Johannes Chrisostimus super Matheum libro primo ait. homines autem non quantum vult temptat dyabolus. quoniam quantum ad se nunquaz cessaret a temptatione. neqz enim habet aliud actum. non enim manducat. nec dormit. nec aliud operatur. nisi vt tentet: fallat. et subuertat. hic cibus illius est. Ecce ergo q̃ Johãnes Chrisostimus dicit non quantũ vult ꝛc. temptat ꝛc. Unde in libro. ij. sententiarũ distin. vij. Petrus Lumbardus ait: Demonum autem scientia ac virtute exercentur etiam artes magice quibus tamen tam potestas q̃m scientia a deo data est. vel ad fallendum fallaces sicut egiptios. ꝛ etiam in ipsos magos data est. vt eorundem spirituum operatione viderentur admirandi. a quibus erant damnãdi. vel ad monendum fideles. ne tale quid facere pro magno desiderent. vel ad exercendum seu probandum iustorum paciẽtiam. Nec putandum est demonibus hanc rerum visibiliuz materiam ad nutum seruire. sed deo potius. a quo hec potestas datur. Sigmundus Nunc si possibile foret deducere. cuperem scire quando deus gloriosus demonibus concedat et permittat nocere terre et hominibus. ac subuertere aerem et aquas ꝛc. Ulricus Bravis ẽ hec

questio quis enim nouit dei voluntatē. vnde clamauit apo/
stolus Paulus ad romanos. xi. O altitudo diuitiarum sa/
pientie et scientie dei. q̄m incomprehensibilia sunt iudicia
dei et inuestigabiles vie eius. quis enim cognouit sensuz do/
mini. aut quis consiliarius eius fuit. aut quis prior dedit il
li et retribuetur ei ☞ Sigmundus Et si arcana cunc/
ta dei inuestigare non liceat. loquamur tamen quantum no/
bis ab alto de gratia conceditur ☞ Ulricus Dico
itaqz. q̄ sepenumero aeris perturbationem tempestates to/
nitrua et alia absqz ministerio demonum posse fieri. ex dispo
sitione naturali planetarumqz motu. diuina bonitate astra
cursus suos agere permittente. et de illis causis satis philo/
sophi tractant. prout Arestotiles in libris metheororū scri/
bit ☞ Sigmundus De hoc non est dubium: quin na
turali motu talia fieri possint Sed questio est quando dya/
bolo concedatur hec faciendi potestas ☞ Ulricus
Misericordissimus dominus deus qui singula sua pū ssi/
sima prouidentia ob vtilitatem hominum disponit. quando
qz talia permittit. in penam correctionis peccatorum. quā/
doqz in tentationem augmentandorum meritorum. quādo
qz in prodigium future gratiarumactionis ☞ Sigmū/
dus Quomodo igit deus peccata in hoc punit ☞ Ul/
ricus Quandoqz scienter. q̄nqz ignoranter ☞ Sig
mundus Quomodo scienter ☞ Ulricus Ut cum
homines puniuntur manifeste. scienter aspiciūt propter de/
licta se punitos fuisse. Sic cognouerunt homines in Sodo
me et Gomorre subuersione. se ob peccata eorum punitos
fuisse Sic etiaz cum cunctis videntibus Abyron et Datan
terra absorbuit ☞ Sigmundus Sed quomodo
ignoranter ☞ Ulricus Sic punctus respicit presen/
tem materiam. ignoranter itaqz. quandoqz deus punit pec
catum per angelum: quandoqz per hominem. quandoqz p
dyabolum ☞ Sigmundus prebe vbi per ange/
lum correxerit ☞ Ulricus Dicitur enim Isaie. xxxvij.

cum Sennacherib venisset ad obsidendum hierusalē egres/
sus est angelus domi et percussit in castris centum et octua/
ginta quinqz milia virorum. ecce itaqz qđ deus per angeluz
suum puniuit superbiam assiriorum tot milia eorundem oc
cidendo Sic etiam duriciam pharaonis et egiptiorum pu/
niuit per angelum omnia primogenita egipti interficiendo.
☞ Sigmundus Quomodo autem punit per homīes
☞ Ulricus Exempla plura habes ī capitulo remittūt.
xxiij.q.v.in ver·hinc notandum ꝛc̄. Itaqz populus hebreo/
rum per Nabuchodonosor. Item per Anthiochum. Item
per Titum et vespasianum punitus est.ꝛc̄. Dicit enim ibi
textus Assur id est Sennacherib.erat virga furoris domī.
quia per eū innumeras gentes diuina iusticia flagellare dis/
posuit Sic attila rex hymorum flagellum dei sese nomīauit
Item Subiungit textus.ipse vero Assur non cognouit qz
in superbiam elatus victoriam quam assecutus fuerat.non
diuine potentie.sed suis viribus attribuit. Unde contra ei/
us superbiam loquitur dominus.nunquid gloriabitur ser/
ra contra eum qui secat.aut exaltabitur securis contra eum
qui cedit in ea. Hec textus in ca. dicto capitulo remittūtur.
xxiij:q.v ☞ Sigmundus Nunc ad terciam speciez.sci
licet quomodo per dyabolum punit ☞ Ulricus Et
hec ad materiam facit. Audiuimus enim supra in psalmo
supra prophetam dicentem.fiat angelus domini id est dya
bolus persequens eos ꝛc̄.cum alijs enumeratis auctoritati/
bus.et ita affligitur quandoqz peccator in corpore.quando
qz in rebus.in corpore videmus torqueri energuminos de/
moniacos et obsessos. Sic etiam videmus propter peccata
multas infirmitates homines contrahere Et ideo dixit tex/
tus in capitulo cum infirmitas de peni·et remiss.vbi ait.cū
infirmitas corporalis nonnunquā ex peccato proueniat.di/
cente domino languido quē sanauerat.vade et noli ampli⁹
peccare.ne deteri⁹ aliq̄d ꝯtingat.pn̄ti decreto statuim⁹ et p̄
cipim⁹ medicꝫ corp̄m.vt cū eos ad īfirmos vocari ꝯtigerit

ipsos ante omnia moneant et inducant vt medicos animar
aduocent. vt postquā fuerit homini de spirituali remedio
prouisum. ad corporalis medicine remedium salubrius p/
cedat. cum cessante causa cesset effectus ꝛc. hec ter. Exemplū
habes de Nabuchodonosor rge babiloniorum qui propter
peccatum superbi tantis calamitatibus mentis et corpis af
fectus fuit. vt quadrupes incederet bouem se fore arbitra/
tus gramina comedisse dicitur ꝛc. Unde succedit ter. in ca
pitulo Si per sorciarias. xxxiij. questi. p. vbi ter. Si per sor/
ciarias atqz maleficas artes occulto: Sed nunquā iniusto
dei iudicio permittente et dyabolo preparante concubitus
non sequitur ꝛc. Ecce canonem determinare qd occulto dei
iudicio. procurante dyabolo. homo maleficiari potest Et sic
habes. q deus inferendis penis vtitur dyabolo p ministro:
☞ Sigmundus Quomodo igitur malefici mulieres
asserunt et credant se ipsas talia facere. videlicet turbare ae
rem. procreare tempestates. morbos inferre hominibus
☞ Ulricus Ipe dum taxat pro earūdem stulticia se ta/
lia facere credunt. et tamen sua credulitate decipiuntur.
☞ Sigmundus vt quomodo ☞ Ulricus Nam
cū vt dyabolus ex motu elementorum cognoscit mutationē
aeris et tempestates fieri debere. quas tamen ipse dyabolus
vt supra diximus facili⁹ ꝛ cicius q̄m homo prescire poterit
Uel cum diuina permissione aliqua plaga et peccatorū cor
rectio: super terraz iusto dei iudicio cadere debet. cuius qui
dem plage et correctionis ipse executor diuina prouidētia
deputatur. ita vt huiusmodi plagam prenoscit futuram. ex
tunc cōmouet mentes huiusmodi maleficarum mulierum.
aliquando eisdem persuadendo. aliquando ob inuidiam:
quā tales scelerate mulieres aduersus proximum gerunt in
vindictam mouendo. easdem solicitat. quasi ipsas mlieres
doceat. huiusmodi tempestates et aeris turbationes prouo
care ☞ Sigmundus Quid faciendum igitur easdem
docet. aut quomodo ipsas instruit vt ipse mulieres huius/
modi incōmoditates prouocent et suo maleficio perficiant.

☞ Ulricus Consulit et docet eas aliquid stultum ⁊ fa
tuum facere. Et quod ad huiusmodi factum nihil pertinet.
☞ Sigmundus Si stultum. quid igitur eos docet: vnd
nanqz prouenit: qd postquā mulieres huiusmodi documen
ta sequuntur. pro earundem voluntate tales tempestates
succedunt: et euenunt ☞ Ulricus Ecce cum dyabolꝰ
preuidit vel ex cursu nature. et elementorum. vel ex permis
sione diuina super aliquā terram plagam ifigere debere sibi
qz potestatem faciendi concessam esse: et sic huiusmodi euen
tum alias futurum fore nihilominus tamen vt mulieres hu
iusmode scelerate credant se ex doctrina dyaboli talia effice
re. dyabolus instruit easdem. vt quādoqz accipiant lapides
silicis. et versus occidentem post tergum proijciant. aliquā
do vt arenam aque torrentis in aerem proijciant. aliquādo
q̃ in vna olla pilos porcorum bulliāt. aliquādo q̃ trabes vel
ligna in ripas transuersaliter collocent. et sic de alijs fatui/
tatibus. et tamen talibus faciendis cōmuniter dyabolꝰ pre/
figit eis diem ⁊ horam. vnde fatue huiusmodi mlieres dya
boli doctrine credentes: talia ⁊ alia his similia faciunt. Ita
qz postquā ipse talia fecerunt. at succedentibus tempestati
bus grandinibus ⁊ alijs incōmoditatibus quas dyabolus
alias in tali tempore nouit. vt premissum est. profuturas. ex
tunc credunt ille scelerate fatue mulieres euēnus huiusmo/
di ex facto eorum processisse. cū tñ talia eorum facta non pos
sent vnicam guttam prouocare. verum ex post ipe huiusmo/
di mulieres gratificantur dyabolo adorantes eum et imo/
lantes ei. acolocaustomata vel quid aliud eidem offerentes
Nam quis tam ebes mentis est. qui credere posset. q̃ ex hu/
iusmodi fatuitate et mulierum stulta operatōne. vna taz im
mensa spera aeris. et alia elementa deberent cōmoueri. in tā
tum. vt grandines ⁊ fulmina prouocarentur ☞ Sigmū
dus Sed quid ad hoc dicis: videmus nanqz vnam totaz
sepe terram periclitari. in qua non omnes homines delique
runt. ☞ Ulricus Sepe iustus perit cum impio. Sic
etiam quis punitur pro alio Nam genesis tercio legitur. qd

dum Sodoma ⁊ Gomorra propter peccatum submerse fu erunt. certe pariter alie ciuitates cum eis periernnt propter vicinitatē vt Segor et Jegor. et tamē hee ciuitates nō pec/ cauernnt. Sic regum secundo videmus dum Dauid coraz domino populum numerando peccasset. quod propter pec catum Dauid. et sic vnius hominis multitudo hominum. et sic multa milia hominum perierunt ⁊ mortui sunt. Cum autem legimus deū tam innumeram multitudinem homi/ num percussisse. propter peccatum numerationis vni⁹ dum taxat hominis. quomodo igitur puniet domin⁹ populum propter grauiora peccata vtputa propter heresim et blas/ phemias. cum autem tales mulieres. vt ait. textus. in capi. episcopi. xxvi. q. v. deum abnegant. et se sathane tradūt. dya bolū adorantes. ⁊ sacrificia sibi offerentes. quis dubitat. q̄n vna tota villa. in qua tales scelerate mulieres degunt. et tol lerantur. in felicior esse: ⁊ huiusmodi ruinam ex diuine ma/ iestatis vltione timere habeat ☞ Sigmundus Vide mus itaqz determinacionem duarum causarum quib⁹ dya/ bolus nouit futuras tempestates. videlicet causam motus astrorum. et dispositionis naturalis. alteram diuine vltio/ nis seu correctionis peccatorum. Quid igitur erit cum hu iusmodi nocumēta probis et iustis hominibus euenerint.

☞ Ulricus Posuimus superius etiam alias vias di uine permissionis. videlicet. ꝙ quandoqz in temptationem instorum. obaugmentandum meritum permittit deus.

☞ Sigmundus Ostende. ☞ Ulricus Nonne Job iustus et laudans deum erat. et tamen temptauit eum dominus in bonis. agris. armentas. et gregibus. et expost in corpore. dando temptandi potestatem dyabolo qui etiā. eum grauissimo vlcere percussit. et quia in his omnib⁹ re/ pertus est Job paciens et humilis. vnde apud deum meru/ it. Nonne beatus Anthonius heremita vir religiosus ⁊ deo amabilis fuit. nonne sepius a dyabolo temptatus: et graui/ ter percussus. donec quasi defecissent. Ac vt sic meritu zam pliatum eius fuit: Legitur enim in legenda eiusdem qd̄

Anthonio in quodam tumulo latitante multitudo demonum eum ita cede varia lacerauit: q̄ minister eius d̄ villa veniens quasi mortuum ꝓprijs humeris ad ville hospitium reportauit. quo audito conuenerunt vicini. et cum post planctum funeris media iam nocte dormirent. Anthonius subito reuiuiscens: vocato ministro fecit se in silentio ad tumulū reportari. ibiq; ex priorum vulnerum dolore prostratus. cū ex animi virtute conflictum demonum prouocasset. ⁊ statim illis in varias bestiarum formas mutatis ab eorū dentibus cornibus vnguibus laceratus fuisset. Subito radius quidam lucis demones et tenebras fugauit. Statimq; sanat⁹ christum presentē intelligens. dixit. vbi eras iesu bone. vbi eras. quare a principio non affuisti. vt curares vulnera mea Et vox ad eum facta. Anthoni inquit. hic eram. Sed expectabam videre certamen tuum. nūc autem quia viriliter dimicasti. in toto orbe te faciam nominari: Hec Vincenti⁹ in historiali libro. xiiij. recitat Athanasium notasse. Unde dicitur Jacobi. p̄mo: Beatus vir qui suffert tētationem. quia cum probatus fuerit. accipiet coronam vite ☞ Sigmūdus Nunc satis habeo. q̄ ex facto talium mulierum neq; tempestates. grandines. seu alia mala fieri posse: Sed dū taxat. vel ex motu naturali. vel permissione diuine bonitatꝫ que vel ī penam. vel ī meritum: ex sua ineffabili pietate talia euenire dyaboloꝝ ministerio permittit Id circo placet iter nostrū ad alias questiones dirigere.

Utrum malefici et strige
possint ministerio demo/
num seipsos ac alios hoīes
in alias formas spēcrum seu
animalium mutare

☞ Ulricus Ex causis supradictꝫ p̄nt attn̄ appenter. ⁊ sic p̄stigijs facere ☞ Sigmund⁹ Quid nā ē prestigiū

☞ Ulricus Ars transformandi formas iuxta apparē
tiā prestigium dicitur. quasi perstringens oculos prout ait.
Isidorus Ethimoloiarū libro. viij. Ita vt ipsi demones p/
stringendo oculos faciunt apparentiam. qua homo indicat
rem alterius forme esse. quā sit. Ita vt quis videns hominē
credit. eum esse asinum. vel lupum. et tamen vnusquisq; re/
tinet formam suam. quāq; oculi nostri decipiuntur. et ad ali
am speciem erroneo iudicio deducuntur Sic simon Mag⁹
perstrinxit oculos neronis et carnifices qui decollando arie
tem. credidit se Simonem decolasse. in oculis suis ministe/
rio dyaboli perstrictis deceptus. Itē legitur d̄ sancto Ma
chario egiptio. heremita prout recitat Uincentius libro hi
storiali. xviij. q̄ cum egiptius quidam amore vesano aliene
vxoris arderet. nec ad effectum concupiscētie peruenire pos
set. eo qd̄ illa virginitatis sue coniugem nimis amaret. ⁊ ma
leficum precatus est· vt aut ab ea se amari faceret. aut ama/
rito proprio repudiari: qui multis illectus muneribus. soli
to sue artis ingenio. fecit illam equam videri. Itaq; vir ei⁹
turbatus q̄ equam suo lectulo iacentem videret ingemiscēs
flebat. eo qd̄ illam alloquens nullum responsum audire po
terat Adductis ergo presbiteris quid illa pateretur osten/
dit. et nec sic quidam calamitatis causam agnouit. Illigatā
igitur eam in morem iumenti ad desertum duxit Cum iam
celle sancti Macharij ꝓpinquaret. monachi arguebant eū
cur cum equa ad monasteriū veniret Uxor inquit mea hec
fuit. sed in equā conuersa. Iam tercia dies est ex quo cibum
non sumpsit· Qd̄ cum sancto Machario cui iam deus hoc
ipsum notū fecerat retulissēt. Uos inquit equi estis· et equo
rum oculos habetis Illa nanq; mulier est. nec in illam natu
ram transfigurata videtur. nisi in eorum oculis. qui presti/
gij vanitate falluntur Mox aquā ei benedictam infundēs
oratione completa. subito eam omnibus videri feminam fe/
cit. eamq; refici iussit. et cum viro suo reuerti dicēs Nūq̄ a
cōmuniōe sanctorū misteriorū. neq; ab ecclesie oroe discedat

Dec enim id circo perpessa est. quia per quinq; septimanas
musteria diuina non attigerat. Ecce igitur q̃ non omniũ ocu
li erant perstricti quia oculi beati Zacharij non erant per/
stricti ☞ Sigismundus Profecto hec historia mul/
tum facit ad propositum ☞ Vlricus Certe quadam vi
ce ea de re cum colendissimo domino Ottone ex comitib⁹ de
Sonnenberg episcopo constantiensi qui etiam multarum re
rum cognitionem habet ac litteris pro magno desiderio. in/
tendit disputasse. hic eandem historiam in medium attulit
que me in materia prestigij ꝓpter eiusdem etiam domini epi
auctoritatem et frequens studium suum. cuius etiam ego hu
milis famulus existo et sub clementie eius etiam alis me fo/
ueo plurimum mouit ☞ Sigmundus Superem au/
dire aliquos modos. quib⁹ apud oculos hominum vna res
apparere pro alia possit ☞ Vlric⁹ Saluo iudicio me/
lius sentientium duos vel tres adducam. scd̃m q̃ ego meo
ignaro ingenio colligere potui. et iuxta mentem beati Tho/
me. super. ij. sententiarꝝ. distin. viij. ac aliorum doctorum. vi
detur mihi dici posse. q̃ vno modo dyabolus possit ludifica
re sensus nostros ab interiori mouendo fantasmata et simili
tudines rerum existentium in virtute ymaginatiua. facien
do eas ad organa sensuum exteriorum defluere Sicut quã/
doq; contingit in somnijs. Nam ex motu fantasmatum in
somnijs cum defluxu eorum ad organa sensuum exteriorum
sicut ad oculum vel tympanum in quo fundatur auditus. ⁊
sicut visus in oculo apparet nobis q̃ multa videamus atq;
audiamus. Ita nobis vigilantibus aliquãdo nobis appa/
ret. q̃ multa videamus. sicut patet in freneticis ⁊ acute febri
citantibus ⁊c̃. Secundo modo ex vehementi conuersione in
tentionis ad fantasmata. que facit vt similitudo rei. res ipa
videatur. Sicut Augustinus dicens. q̃ quidam tanta con/
uersione recogitabat cuiusdam mulieris ymaginem. qd̃ ei
carnaliter cõmisceri vigilans videbatur. Cum igitur demõ
nõ ignoret hos modos. dico q̃ demon possit ita organa sen/

suum disponere. q vna res apparebit alia Sicut ex abundā
tia humoris colerici videtur gustui. q omnia sint amara. cū
tamen aliquando sint dulcia. et ex descensu humoris sangui
nei vel vaporum igneī ad oculos. videtur nobis que exteri⁹
apparent. sint rubea. Secundo dico q dyabolus potest ita
disponere medium. q vna res videbitur alia: et fm sctm̄ bo
nauenturam aliquando ex dispositione candele per artem
confecte palee videntur serpentes esse: et huiusmodi expimē
ta etiam multa fiunt a ioculatoribus. Cum autem dyabol⁹
magister sit ioculatorum. nemini dubium quin subtili⁹ dya
bolus hec operari possit. Item aliquando non res sed simili
tudo rei et figura videtur. ita fm glosam beati Augustini.
beatus Petrus vidit istud vas submitti de celo in terram.
in quo erant omnia quadrupedia. serpentia terre. et volati/
lia celi. vt dicitur Actuū apostolor. x. que nanqz non corpo
ra erant. sed ymagines. Eadem visione benedictus totum
mundū vidit. Nam in legenda sua dicitur. q totus mund⁹
velut sub vno solis radio collectus ante oculos ei⁹ adduct⁹
est. ecce q erant rerum ymagines Expmissis itaqz inducit
ad alias questiones

An super lupū vel baculum
vnctū ad conuiuia veniant
et mutuo comedant et bibāt
et sibi mutuo loquantur ac
se inuicem agnoscant

Sigismundus Gauderē etiam opinionē tuā desup au/
dire Ulricus Ex predictis cognouisti: quomō. quādo/
qz in somno. qñqz in vigiliis fit representatio ymaginatio/
num tam fortiū: q homo credit se essentialiter hoc vel vide/
re vel facere Audisti etiam q dyabolus qñqz pstringit ocu
los et alios sensus hominū. vt homines autument se hoc vel
hoc facere. Item vt me satius intelligere possis. introducā
historiam in legenda sancti. Germani. dicit ēm ibidem. q cū
predictus sanctus quadam nocte hospitatus fuisset i vna
domo. et post cenā mensa iterum pararetur. admiratus san
ctus Germanus. quesiuit ab hospitibus. cui denuo mensa
pararetur· qui cum dicerent q bonis illis viris ⁊ mulierib⁹
que nocte incedunt. mensam ppararent Nocte itaqz illa sta
tuit sanctus Germanus vigilare. Et ecce vidit multitudi/
nem demonū ad mensam in formis virorum ⁊ mulierū ve/
nientē. qui eis precipiens ne abirent. cunctos. ⁊ familia ex/
citauit. quesiuitqz. si psonas illas cognoscerent. qui cum om
nes vicinos ⁊ vicinas dicerent esse. misit ad domos singulo
rū: et ecce in suis lectulis sunt inuenti. et adiurati postea de/
mones p sanctū germanū se esse spiritus malignos dixerūt.
qui sic homines illudebant: Ecce qd spūs se loco aliarum p
sonarum ostendere possunt. ita quippe vt homines extimēt
hmōi ymagines veras personas fore. Et sic ex illa habes hy
storia. q eadem hora homo pōt esse in vno loco. et nihilomi
nus p spm apparere in alio Sicuti illi hoīes hora noctis fu
erūt in domib⁹ et in lectulis suis. ⁊ eadem hora eorz ymagi
nes prestigio dyabolico apparuerūt in domo hospitis cenā
tes Sic etiā de Simone mago dicitur in legenda scti Pe/
tri. q Simon eadem hora in conclaui erat cum Nerone. et
foras loquebatur populo. id est ymago eius p dyabolum fo
ras loquebatur populo Sic idem in bonis spiritibus et an/
gelis contingere solitū fuisse legimus Nam beato Ambro
sio apparuit. q faceret officium in exequiis beati Martini
in ciuitate thuronensi. Dixit enim ego funeri exequiū pbui.
sed vltimā oratōz vobis excitātib⁹ expleri nō valui. Et ruera

ita inuentū fuit sicuti ipe retulit. ⁊ tñ ipe Ambrosius eo tūc
in ciuitate mediolanensi fuit. q̄ ad plures dietas distat a thu
ronis. Unde fm Egidiū in quodā qd libeto dicit q bonus
Angelus in forma beati Ambrosij fuerit in ciuitate thuro/
nensi Et corpus beati Ambrosij fuerit in ciuitate medio
lani ☞ Sigmundus Ad quē finem pperat hec instru
ctio ☞ Ulricus Ad hoc vt concludam. q homies se/
pe existimāt se videre alios homies in certo loco cōstitutos
quorū tamen ymagines: dumtaxat vel in spū bono vel ma/
lo vident ☞ Sigmundus Sed qd econtra an ne qnqz
phitonice mulieres credunt se pficisci in alium locū. cum ta
men remaneant in domo sua ☞ Ulricus Superiꝰ iaz
audisti exempla. vnde sepius credit homo se esse in alio loco
vbi non est. ergo bene dicit textus in capi. Episcopi · xxvi. q.
v. vbi ait. Illud etiam non est omittendum q quedam scele
rate mulieres retro post sathanā conuerse. demonū illusioni
bus et fantasmatibus seducte. credunt se ⁊ pfitentur. cū dia
na nocturnis horis dea paganorum. vel cum herodiade. et
innumera multitudine mulierū equitare sup quasdam be/
stias. et multarum terrarum spacia in tempeste noctis silen
tio ptransire. vel eius iussionibus obedire. velut dñe. et cer/
tis noctibus ad eius seruitiū euocari. Sed vtinā hee sole in
pfidia sua pij essent. ⁊ non multos ad infidelitatis interitum
pertraxissent Nam et innumera multitudo hac falsa opinio
ne decepta. vera esse credit. et credendo. a recta fide deuiat.
hec tex ☞ Sigmundus Nonne ceteri homies possūt
equitare ⁊ ambulare de loco ad locum tam de nocte q̄z d dic
quid igitur ipis talibus mulieribus obstat ☞ Ulricus
Certe non denego. quin huiuscemodi mulieres. et equitare
et ambulare. tam super asinū. equū bouē seu camelū possint
ꝛc: sicuti alij homies ⁊ more aliorum hominum Et sic fm
cursum naturalem. Nos autem in eo casu loquimur. qui se
vltra cōmunē hominū cursum extendit: vicz. vt non possint
in vna hora ad decem. vel. xx: miliaria pficisci ☞ Sigmū/
dus Si igit nō vadūt de loco ad locum. ⁊ cōuiuia visitant

vt dicit supradict⁹ tex. vnde igit̄ ꝓuenit. ꝙ homīes in alijs ciuitatibus existentes. quos nunqꝫ antea viderūt. cognoscūt Ulricus Ex premissis claret Solutio. qm̄. ꝑ impm̄issiones ymaginationū seu rep̄sentatōem ymaginum ministerio dyaboli factam. hoc percipiūt. credentes se sensu corꝑalis pn̄tie cognouisse Sigmund⁹ Saturati sumus de p̄missis disputationib⁹. nūc de vlteriori questione interrogemus videlicet an dyabolus possit in forma hoīs cum hmōi mulieribus incubādo cōmisceri Et an ex huiusmodi coitu possint pueri nasci.

An dyabol⁹ possit in forma hoīs cū hmōi mlie/rib⁹ incubando ꝯmisceri. et ex huiusmodi coitu possint pueri nasci

Ulricus Qn āuis in supioribꝫ plene tū auctoritates et tationes. tū etiā exēp̄a ⁊ historie ꝓ decisione hui⁹ satis sint introducte. vt tn̄ finem materie aggrediamnr. Dico ꝙ ex incubo ⁊ muliere nō ꝓcreat̄ homo Nec vnquā inuētus est homo qui ex spiritu ⁊ muliere natus sit· p̄terquā saluat or dn̄s noster iesus christus. qui summi dei p̄ris misericordia dignatus est sine cōmixtione virili de spūsancto ex gloriosissima virgine maria in mundū nasci Absit igitur apud me. ꝙ homo sine homīe de spū ⁊ maledicta mlīere debeat nasci. Nec obstat ꝙ in comedia plauti poete de Amphitriōe legitur. ꝙ Hercules ex ioue deo et Alcumena muliere Amphitriōis natus sit ⁊ sic medius fidius dicatur. quasi medius filius qꝛ fabula poetarumqꝫ nephandissima fictio est Sigmund⁹ Quid igitur respondes ad allegatam glo. Genesis. primo. vbi dicitur gigantes ex tali coitu natos extitisse Ulric⁹ Dico ꝙ glosa opinatiue loquitur et non concludit Sigismundus Quomodo autem saluas textum qui dicit qd̄ ex inde nati sint giangntes Ulricus Dico ꝙ eo tunc surrexer̄t gigātes. i. hoīes potētes ⁊ magnifici. q̄ ꝓpter eoꝝ potentiā ⁊ magnanimitatem dicti sunt gigantes Sigmundus

Quid igitur de Merlino in britania supra dicto sentis.
☞ Ulricus Sentio qđ fuerit verus homo ☞ Sig
mundus Cuius filius ☞ Ulricus vtriusqz hominis
tam viri q̄z mulieris ☞ Sigmundus Quomodo igit̄
mater eius coram rege britanie confessa fuit eum de incubo
ꝯcepisse. ☞ Ulric⁹ Me iudice errauit mulier a de/
mone illusa credens se Merlinum de semine incubi gene/
rasse ☞ Sigmundus Unde igitur conceptus est talis
Merlinus ☞ Ulricus Sic arbitror. quia forte ma/
ter Merlini se dyabolo prochdolor dedicauit vnde dyabo/
lus ymaginationem eius vt premisimus sed ncens sensusqz
eiusdem perstringens quasi eidem cōmisceretur. cuius etiaz
corpus forte per prestigium tumidum fecit. quasi fetu gra/
uida incederet. ac aduenientе tempore ficti partus. flatū di/
uina permissione propter eiusdem mulieris incredulitatem
in corpore eiusdem mouerit. vnde ipsa existimans se graua/
tā ⁊ fecundā ac ꝑlē parere debere itaqz ip̄e dyabol⁹ diuina ꝑ
missiōe ob incredulitatē mulieris in vētre eiusdē dolorē im/
miserit et hmōi flatum extinguendo. et aliū puerū hominis
alicui furatum supponendo apparentiam fecit. occulto suo
prestigio. quasi talis puer de tali muliere natus fuisset. quez
ex post mater suscipiens credens đ corpore suo exisse enutri/
uit: cuz tn̄ talis puer ab aliis hoībꝫ prenatus fuerit ⁊ ꝑ dya
bolum subtractus ☞ Sigmundus Sic audio ꝙ dya
bolus pōt homī subtrahere puerū suum ⁊ deferre ad aliū lo/
cum ⁊ supponere alteri ☞ Ulricus ꝑmittente deo pōt.
et p̄sertim non baptisatos pueros subripe ☞ Sigmun/
dus Oñde hoc exēplo vel auctoritate ☞ Ulric⁹ dya/
bolum suꝑ pueꝝ nō baptisatū hr̄e ptātē suscipe auctoritatē
ex decreto in ca. postea. ⁊ ī ca. Sacerdotes đ ꝯsecra. dis. iiij.
vbi tex. Sacerdotes cū ꝑ exorcismi gr̄am manum credētibꝫ
imponūt ⁊ hītare maligno spū ī eoꝝ mētes ꝯ dicūt q̄d aliud
faciūt nisi qđ demonia eijciūt Itē tex. in ca. dehic eađ distin.
dic̄ dehic iteꝝ exorcisat̄ dyabol⁹ vt suaz nequiciā cognoscēs
iustū suꝑ se dei iudicium timens recedat ab homine. nec iam

cõtendat arte sua subuertere Ecce qd̃ dyabol⁹ arte sua põt
subuertere pueros non baptisatos. Ex his infero ad proles
et pueros quos vulgus opinatur de milite coloniensi p mu/
lierẽ procreatos. prout superius in historia latius tactum ẽ
☞ Sigmundus Dic queso pro quo nanq; habuisti illũ
militem incognitum ☞ Ulricus pro incubo et dyabolo.
☞ Sigmundus pro quo autem filios ☞ Ulricus
Ego saluo tñ iudicio meli⁹ sentientiũ reputo illos pro veris
hominibus. alicui tamen sub cractis ⁊ ibi vt premissum est
suppositis ☞ Sigmundus Qualem autem existimas il
lam mulierem fuisse vt supra dictum est. ciuis ille Sicilie
in mari arripiens vxorem duxit ☞ Ulricus pro succuba
et sic pro dyabolo ☞ Sigmundus pro quo autem repu
tas filium per ipam vt putabatur genitum: ⁊ postea in mari
per eandem ereptum ☞ Ulricus pro dyabolo. qui sic in
forma pueri apparuit. Nã vt helimandus in eadẽ hystoria
sentit: inquiẽs. si talis puer verus homo fuisset. nemini du/
bium. quin postquã mater eundem in mari arripuit. et sub/
mersit. mare ipsum tanquã cadauer ad litus eiecisset. qd̃ ta
men non fuit factum. quia talis puer disparuit ⁊ ampli⁹ vi
sus non fuit. natura autem maris est. omnia cadauera ad lit
tus proijcere ☞ Sigmundus Nonne plures opinan
tur. q̃ dyabolus vt succubus possit cum viro coire. ⁊ sperma
assumere. ac expost vt incubus in mulierem proijcere. et exin
de prolem generare ☞ Ulricus Mihi non videt fie/
ri posse. dato enim q̃ sperma taliter colligere ⁊ ĩmittere pos/
set. hoc tamẽ ad generandum non sufficit. qm̃ vt consiliator
differentia. xxv. ait. scire debes q̃ istud membrum: puta. te/
sticuli non est princeps virtutis generatiue. quãuis virtus ĩ
eo sit vt opinatur Halienus. quia illud non potest agere suã
operationem. per se. nisi per spiritũ emissum a corde tempe/
ratum quantitate ⁊ qualitate. propter qd̃ virtus cordialis
que mensurat hunc calorem. vt possit facere suas operatio/
nes sit principaliter generatiua. et virtus que est in hoc mẽ/
bro est eius seruiens. et si aliquod in hoc habet dominiũ. est

illud particulare. Unde mihi videtur ex illa theorica. q̄ cum dyabol⁹ huiusmodi spiritū a corde principiantē. ⁊ illā generationis virtutem assumere non posset. clarum erit. q̄ quāuis forte assumat sperma. ex proiectione dūtaxat hmōi spermatis alijs non concomitantibus nihil generari poterit ☞ Sigmundus Ex supradictis ⁊ iam deductis. video te pedem figere. sup eo. q̄ aut hmōi pueri sint fantastici. aut vero alibi subrepti: et suppositi ☞ Ulricus Bene habes ⁊ in illam ptem videtur declinare vincentius. in. iij: libro historie naturalis in capitl'o. cxxviij. ⁊c ☞ Sigmundus Nunc satis mutuo inter nos hac de re disceptauimus. Expedit p memorie tenacitate vt tunc determinationis cōclusiones paucis verbis p epilogum detegere coneris ☞ Ulricus Saluo igit̄ iuditio doctoꝝ quorūcunq3 melius sentientiū q̄ꝝ determinatiōi me submittere nō recuso. quātum mihi visū fuerit dicā. Est igit̄ mee opiniōis tdermiatō.

¶ Prima q̄ dyabolus neq3 p se. neq3 ministerio hominum potest elementis. hominibusq3 ⁊ animalibus nocere: vel homines ad generandum impotentes reddere. nisi quando occulto dei sed nunquā iniusto iudicio. vel ob penam delictoꝝ nostrorū. vel ob meritum temptationis nostre augmentandum siue ob diuine maiestatis gl'iam. magis timendam. et per nos colendam. seu aliam causam. deum mouentem. ipa clementissima pietas pmiserit

¶ Secunda determinatio est. q̄ cum ipsa dei prouidentia occulto sue bonitatis iuditio dyabolo nocendi potestatem pmiserit. q̄ ipse dyabolus huiusmodi potestatem amplius extendere q̄3 sibi a summo deo concessū fuerit. non poterit ⁊c

¶ Tercia determinatio q̄ quāuis dyabolus permittente diuinia clementia ob incredulitatem homiunm: vel aliā causā superius enarratam' posset perstringere oculos aliosq3 sensus hominum obstruere. ita vt homines credant se alicubi esse. vbi tamen non sunt. vel videre id qd̄ in se tale non est· vel apparere aliter quā sit: hominem tamen vel animalia in aliā spēm veraciter īmutare non potest.

¶ Quarta determinatō q huiusmodi male mulieres p multa miliariū spacia in noctis silentio nō proficiscūtur. nec mutuo taliter proficiscendo conueniunt. Sed duntaxat ipsis somniantibus vel ymaginatione forti vt premissum est laborantibus. per ꝛpresentationē specierum similitudinarium a dyabolo eis impressarū. hec ꝛ alia ipsis apparent. que postea vigilādo vere sibi accidisse vt sic illuse credūt.

¶ Quinta determinatio: q dyabolꝰ siue vt incubus siue vt succubus pueros generare nullo modo potest. Sed huiusmodi pueri, si inuenti fuerint. vel suppositi pueri vel fantastici existunt

¶ Sexta determinatio. q solus deus futurorum certus est inspector ꝛ solus cogitationes hominum nouit. qō qz dyabolus per se siue magos seu maleficos vera et futura predicere aliter nō potest. nisi ea que ipse pro subtilitate nature sue prior ex consideratione astrorum. et elementorum dispositione. accidere debere noscit. vel que accepta licentia a deo facere incendit: vel hominibus ad faciendum persuadere in eorꝫ mentes sugerendo proposuit. vel que ex moribus ꝛ gestu hominum coiecturando deprehendit. nihilominus tamen ipe sepe fallit. et fallitur.

¶ Septima cōclusio. q quāuis effectualiter huiusmodi maledicte mulieres nihil efficere possunt. nihilominus tamē qz instigante dyabolo tales mulieres. vel ob desperationē. vel paupertatem. vel odia vicinorum. vel alias temptationes. per dyabolum immissas. quibus non resistunt a vero et pijssimo deo recedentes. sese dyabolo deuouendo. ac eundem colendo. sibiqz dyabolo holocaustomata et oblationes offerendo apostatant. heresē prauitatē sectātes. ꝛ pterea succedit

¶ Ultima determinatio. videlicet. qō propter huiusmodi apostasiam et corruptam voluntatem de iure ciuili tales scelerate mulieres. qui a deo largissimo apostatarunt. et dyabolo sese dedicarūt. morte plecti debēt. put dicitur in lege multi codice de maleficis ꝛ mathematicis.

¶ Vos igit o mlieres memētote pfessionis vre in baptismo

facte: ac cum dyabolus vos tentauerit· estote fortes. et suis suggestionibus resistite. ⁊ resistēdo signo crucis vos ip̄as armate. scientes. ꝙ aduersum vos nullā habebit ptātem quoniam hoc contra signum. nullum stat periculum Sumite exemplum beate Justine in cuius legenda ita legitur Erat em̄ quedam virgo in Anthiochia ciuitate Justina nomine. quā quidam scolasticus nomine Agladius videns frequenter ire ap ecclesiaȝ. in amorem eius incidit. multosqȝ ad eaȝ trāsmittens petijt vxorem: que cum omnibus diceret. xp̄o celesti sponso se esse desponsatā. ille congregata virorum multitudine voluit eam per vim rape Sed non potuit. tunc iratꝰ abijt ad Ciprianum magum promittens sibi duo talenta auri. vt Justinam ꝑ maleficia sua caperet· qui ꝑ magicas vocauit demonem. et ait illi amo virginem de gallileis potes ne eam persuadere. et adducere mihi. qui ꝓmisit ei dicēs. accipe hos medicamentum· ⁊ sparge circa domum eius. ⁊ ego supueniens· paternū sensum ei inijciaȝ. ⁊ statim obaudiet mihi. Cunqȝ Ciprianus ita fecisset. sancta ꝟgo tercia noctȝ hora surgens. ad oratōem sensit impetū demonis signauit itaqȝ se: et domū suam. signo crucis· et demonem signo crucis exufflauit. Qui veniens ad Ciprianum confusus et cur virginem non adduxisset requisitus. ait. vidi quoddā signum. tabui. Iterum Ciprianus per artem magicam alium demonem fortiorem vocauit. ⁊ simili modo fecit. et similiter eideȝ accidit· tandem vocauit ipsum demonum patrem. et ait illi. que nam est infirmitas vr̄a. victa est ab vna virgine omnis vr̄a virtus. respōdit dyabolus. nunc adducam tibi eam ad desiderium corruptionis. tu tantum ꝑatus sis. Tunc dyabolus in specie virginis ad Justinā intrauit. ⁊ sedens super lectū eius eandē tentando dicens. hodie missa sum a xp̄o ad te viuere tecū ī castitate. multum autē te video vexatam abstinentia. Sancta aūt virgo dixit. merces autē multa. labor vero modicꝰ. dixit ei dyabolus. deus in paradiso benedixit Adam et euā dicēs crescite ⁊ multiplicamini. Puto ḡ qd̄ si in virginitate manserimus. iudiciū incidamus qȝ verbū dei

ꝯtēnimus. cunqꝫ virgo turbata surrexit ⁊ ꝑ spm̄ sensit. quis esset qui ei loqueret̄. signoqꝫ crucis se signās. dyabolū exuf/flauit. qui disparuit Deinde dyabolus Cipriano ꝯfusus ap paruit. q̄ dixit ei ⁊ tu nāqꝫ vict⁹ es. vt ceteri subiecti tui. qūo eī victi estis ab vna virgine xp̄iana· dic mihi q̄ sit virtus vi/ctorie ei⁹. q̄ rn̄dit, dicere tibi nō possum. vide qd̄ dā terribile signū. ⁊ tabui. Si aūt v̄tutes hui⁹ signi vis addiscere. iura mihi qd̄ nunquā ame velis discedere. qui cū iurasset. ait illi vidi signū crucifixi. ⁊ tabui. et sicut cera a facie ignis fluxi/cui dixit Ciprian⁹. ergo crucifix⁹ maior te est. q̄ rn̄dit etiam maior omīb⁹ est. qꝛ disertores dei accipiūt ab eo sn̄iaꝫ ignis Ciprian⁹ aūt ait. festinā igit̄ vt amic⁹ fiā crucifixi. ne talē pe nā incurrā Dyabol⁹ rn̄dit. iurasti nanqꝫ mihi. Ciprianus ait cōtemno te. ⁊ omēs fumigātes virtutes tuas. meqꝫ ip̄m tibi denego. et me cōsignās. dico gl'ia tibi xp̄e. ⁊ tu demon re cede a me Abijt ergo dyabolus ꝯfusus. vn̄ Ciprianus xp̄ia nus factus est· Ecce ergo quāte virtutꝫ fuerit ⁊ hodie existat signū sancte crucis· quo nos signare dignet̄ xp̄c q̄ ꝓ nobis in ligno crucis seip̄m offerre et nos saluos facere dignatus est qui viuit et regnat in secula benedictus amen.

¶ Accipe igit̄ gl'iosissime p̄nceps hāc disputatōeꝫ hui⁹ tra/ctatus. quē ad honorē tue excellētie ⁊ bonaꝝ mentiū serena/tionē sub tue celsitudinis emēdatōe elaboraui At si q̄d min⁹ officiose elaboratū et seu a tramite veritatꝫ deuiare inuenerꝫ illud ignorātie me e poti⁹ q̄ꝫ p̄sumptuositati. attribue et me seruulum tuū cōmendatū graciliter suscipe. ¶ Uale igit̄ fe/lix eternū patrie decus. deoqꝫ ac omni ppl'o amabilis colen/dissime p̄nceps Exconstañ. anno dn̄i. m. cccc. lxxxix. die deci ma ianuarij.

Tuo celsitudinis· humilis cōsiliari⁹ et seruulus
Ulricus molitoris de constātia decretoꝝ doctor ⁊c̄

Molitor, Ulrich

MLS 179 p 48

Incun.
X
.M74
Rosenwald
Coll.

GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart
inches
centimeters
D50 Illuminant, 2 degree observer
Density
Golden Thread
Colors by Munsell Color Services Lab